



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Ror.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

- XLIX. ABSALON *Bernaui* Congregationis *Richerspergen*, Decanus Dni Magni senio & infirmitate confecto in Coadiutorem datur 23. Augusti, An. M. DC. XI. eoque mortuo jus plenum prælatura suscepit: obiit verò An. M. DC. XV. die 19. Martij, regiminis sui IV.
- L. GEORGIVS *Gover*, tunc Vicarius in *Orth*, prius verò *Richerspergen*, Decanus per triennium, canonicè eligitur die 28. Aprilis supra dicti, an. XV. modernus Laudabilis Præpositus, cui vitam & felicitatem Deus largiatur.

R O R.

MONASTERIVM inferioris Bauariæ, non procul à *Laber fluui*o, in vico eiusdem nominis situm, ordinis Canonicorum Regularium sancti Augustini. Constituitur seu fundatur hoc Monasterium à Magno, filio Rudpergi, Nepote Babonis Comitis Abenspergensis, cum vxore Irmogarda ac filio Alberto, dictis de *Ror*, Anno Domini 1133. in honorem beatæ Mariæ virginis. Idem Dominus Albertus de *Ror* pauper Christi factus, communem vitam ibidem duxit, sepultus in Choro ante summum altare. Diripitur hoc Monast. ab Alberto & Conrado, Com. *Möspurgen*. in schismate, quod fuit inter Fridericum secundum Imper. & Gregorium nonum, Auent. lib. 7. fol. 680.

ADVOCATI huius Monasterij erant Domini Abenspergenses, post quorum obitum Duces Bauariæ vnâ cum ditione Abenspergeni. Aduocatiâ tenent. SEPULTI sunt in hoc Cœnobio Domini de Abensperg, quondam Comites, Comites de *Roteneck*, dicti de *Alnpach* eiusdem familiæ, Item Domini de *Lapide*, qui etiam de illa familia fuerunt. Qui valè, latius potest videre in libro meo primo Genealogiarum Bauaricarum. Item Nobiles, *Ebran*, olim dicti de *Wildenberg*, *Ouensteteri*, *Hinzenhauseri*, *Erblspecken*, *Stumpfen*, *Regldarfer*, *Schurfen*, *Preisingeri*, *Marschalci*, *Hachsenackerer*, *Menekhouer*, *Kargl*, *Ochingeri* secund. Auent. in annalibus fol. 737. licet ibi nullum ipsorum monumetum reperiat.

A D D I T I O N E S.

IN Nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Conradus* Dei gratiâ *Ratisbonensis* Episcopus omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione instructi pastoralis esse nouimus officij murum se ponere pro Domo *Israhel* maximè Deo famulantium protectionem contra malorum infestationem. Quæ consideratione præ oculis habita, cum fratres *Rorensis* Ecclesiæ graues & molestas à Comite *Meinhardo* sustinerent, sub nomine Aduocatiæ exactiones, nos eiusdem Ecclesiæ priuilegia considerauimus, in quibus hoc patenter animaduertimus, quam ipse locus à nobili & libero viro *Mainse*, ac filio eius *Alberto*, ad eiusdem Ecclesiæ fundationem liberè contraditus est cum omni proprietatis iure super Altare S. *Petri Ratisponæ*. Considerauimus etiam eandem ecclesiam longo tempore liberam mansisse ab omni aduocatione & aduocatoria exactione contentam omnium causarum suarum sola Episcopi *Ratisbon.* atque Chori discussione. Tandem processu temporis præ memoriæ antecessor noster, Episcopus *Haimicus* cum iam dicti loci Præposito *Eberhardo*, atque eius Conuentu commoda deliberatione præhabita elegerunt quendam *Gebhardum* de *Abensperg* ad quem nullo spectabat iure ipsa Ecclesia non beneficium sibi per manus concedentes, sed officium defensoris

fenforis sibi iniungentes, firmando per priuilegium ne fatale officium quasi beneficium suis possit hæredibus obuenire, nisi quamdiu forma dati super hoc priuilegij seruaretur, in qua sufficienter habetur expressum quid sine molestia præfata Ecclesiæ defensoribus sit reddendum. Igitur nos huiusmodi libertatem in pontificibus ac imperialibus *Rorenfis* Ecclesiæ priuilegiis munitâ reperientes, cum Nepos prædicti *Gebhardi* memoratus Comes *Menhardus* nouis & indebitis exactionibus contra priuilegia ipsum locum nimis turbaret intuitu diuinæ remunerationis, operam nostram ac adiutorium tantopere impendimus, quousque Comes præfatus quæcumq; exegerat indebitè, Deo nobis cooperante, cogeret restituerè, promittens, data dextera se locum ipsum de cætero non offensurum. Et hoc quidem iuste, quia nec ipse *Menhardus*, neq; ante eum frater suus *Bernherus* aliquo modo à nobis obtinere potuit, vt eandem aduocatiâ ei recognosceremus. Itaque in huius facti recordationem præsentem paginam scribi fecimus, quam vt libertas priuilegiata eidem Ecclesiæ iugiter perseueret sigilli nostri impressione roborauimus: annectentes intuitu Dei vt quæcumque ab antecessoribus iustè collata possidet, ipsi rata permaneant, quandiu regalis ordo ad Dei laudem ibidem vigeat, addentes districtè in virtute Christi præcipiendo, vt idem ordo perpetuis temporibus immutabiliter ibidem seruetur & nemini regularis professionis in ipso loco facultas sit alicuius leuitatis instinctu discedendi sine Præpositi & congregationis licentiâ. Quod si discesserit, semel ac secundo commonitus, si non resipuerit liceat eiusdem loci Præposito canonicâ in eum proferre sententiâ. Et vt huius traditionis confirmatio maiori vigore roboretur, testes qui viderunt & audierunt apposui. *Gothfridus* maioris Ecclesiæ Præpositus, *Chuno* Decanus, *Vlricus* Archidiaconus de *Werde*. *Wernhardus* Archidiaconus de *Iudenprucke*. *Fridericus* Præpositus de *Orengarve*. *Fridericus* summus plebanus. *M. Robertus* Scholasticus. *M. Hugo*, *Vlricus* de *Sala* tunc obelarius. *M. Hermannus*, *Albertus* capellanus. Laici verò isti: *Rupertus Kargl*, *Carolus Marschalcus*, *Conradus Pincerna*. *Conradus* de *Schrodesbouen*, & frater suus *Wernhardus*, *Albertus* de *Ninge*, & frater suus *Otto*. *Wilhelmus*, & frater suus *Waltbinus*. *Gotschbinus* Iudex, *Conradus Granfel*, & frater suus *Carolus*. *Conradus* de *Lutenbach*. *Dietmarus* de *Wergruebe*. *Henricus Bidercappel*. *Rudegerus Theolonearius*, *Conradus* de *Wifind*. *Fridericus* Magister Coquinæ, *Hartovicus* Cellarius, & alij quamplures. Actum *Ratisbonæ* apud sanctum *Emmeramum*. Anno ab incarnatione Domini M. CC. VIIII. Indictione XII. XIV. Calend. Febr. Anno pontificatus nostri quinto.

Fundatio Monasterij *Robr.*

NOTUM sit cunctis Christi fidelibus tam successuris quam præsentibus qualiter ego *Henricus* Dei gratia *Ratisbonensis* Ecclesiæ Episcopus *Rorensem* Ecclesiam suscepi, & ad successores nostros Episcopos iuste legitimè ac piè tenendam, tuendam atq; fouendam transmisi. *Adalbertus* vir quidam nobilis tradidit publice ac legitime prædium suum quod *Rore* dicitur cum omnib; appendiciis suis in manum meam super altare *S. Petri* astante clero & populo nostro: ea videlicet conditione, vt regulares Canonici secundum regulam beati *Augustini* ibi ordinarentur, quibus necessaria de prædictis rebus cõmuniter ministrarentur, & ipse supràdictus *Adalbertus* propter Christum pauper factus statim communem vitam ibidem aggressus est. Nos verò cum assensu & consilio cleri nostri *Brunonem* virum religiosum & industriũ eidem loco præfecimus, & modis qui tũc nobis occurrerunt locum ipsum honorauimus, & in posterũ amplius honestare & magni-

& magnificare decreuimus. Statuimus igitur cum fauore ac astipulatione omnium generali & intractabili sanctione, vt de cætero fratres *Rorenſes* Præpositum sibi oportet liberè & canonicè eligant, & terminum parochiæ suæ *Rore* superius, & *Rore* inferius & *Alenbach* cum suis pertinentiis. Sepulturam verò omnium de Episcopatu nostro qui eam sibi postulauerint liberè habeant. Decimamq; de laboribus propriis & animalibus nulli omninò debeant. Si quis & iam ex his qui de rebus Episcopij inbeneficiati sunt prædictæ Ecclesiæ *Rorenſi* beneficium suum voluerit tradere, liceat hoc cum manu Episcopi facere. Et nullus Episcopus præualeat hoc contradicere vel mutare.

Porro Aduocatum singularem prædictus locus nullum habeat, sed si forte maior causa concambij, vel quælibet alia emerſerit, coram Episcopo vel Cathedrali clero, aut etiam principali Aduocato si res postulat, agatur, terminetur, atque roboretur. Si quis verò Episcopus, quod absit, prædictam *Rorenſem* Ecclesiam perturbare, aut bona eius inbeneficare, aut iura immutare vel cassare voluerit fratribus eiusdem Ecclesiæ sedem apostolicam appellandi, & ad ipsam confugiendi, & ita à Domino & potestate *Ratisbonensis* Ecclesiæ discedendi libera facultas sit. Et vt hæc nostra constitutio & concessio indubitabilis perpetuis maneat temporibus, hanc inde cartam conscribi & sigillo nostro muniti præcepimus.

IN Nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Heinricus* Dei gratia *Ratisbonen.* Episcopus, omnibus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus. Quia nostri juris & officij est omnibus nobis commissis debitæ sollicitudinis curam impendere; Nos quidem in *Rorenſi* Ecclesia propter petitiones & violentias aduocatorum, hætenus Aduocatum declinauimus, sed nunc ob iniuriam & insolentiam non solùm extraneorum, sed etiam propriorum, mutato consilio Aduocatum assumere deliberauimus. Famuli enim eiusdem Ecclesiæ post prædas & contumelias in tantam audaciam proruperunt, quod etiam in mortem ipsius Præpositi conspirauerint: proinde nos vt illorum peruersitatem refrænemus, & cæterorum iniurias propulsemus, præfatæ Ecclesiæ Aduocatum assumptentes, formam ipsum eligendi & statuendi, sed & modum iuri ipsius præfigimus. Te igitur *Gebarde* ad quem nihil penitus de jure supra præfatæ Ecclesiæ aut possessionum illius aliquo modo respiciebat, vnanimi congregationis illius concilio & assensu ad tutoris & actoris officium & hoc pro remedio animæ tuæ, si tibi placet, assumimus, officium commendantes, non beneficium concedentes. Hoc autem officium nunquam hæreditario jure ad filios tuos, aut ad cognationem tuam descendat, sed nec ad te ipsum pertineat, nisi quousque Ecclesiam illam & quæ illius sint, fideliter & vtiliter tueri volueris, tu vel tua posteritas sub eodem tantum jure includenda. Quod si ad molestiam exactionum gratia quæstus deuiaueris, sit libera facultas Præposito deliberato consilio te amouere, & alium quem vtiliter prouiderit substituere. Annis autem singulis circa festum beati *Michaelis* placitum in cella, vbi Præpositus voluerit cum familia Ecclesiæ habeas, & si quid de compositionibus iniuriarum accesserit, huius rei tertia pars te contingat, & duæ fideliter Ecclesiæ referuentur. In die verò placiti de collecta familia claustralis modius tritici & porcus ad æstimationem quadraginta nummorum, & quinque anseres, & decem gallinæ, & vna vna Medonis, & vna vini, & duæ cereuisiæ dentur, & de horreo fratrum equis bis sexaginta manipuli Auenæ ministrentur. Huic actioni interfuerunt præsentibus fratres *Adelbertus* Decanus, *Gothfridus* capellanus, *Wolferus* custos, *Gidungus* Magister Scholarum, *Heinricus* capellanus, *Pertadus* Cellarius, *Rupertus* de Canne, *Pertbold*

Perbold de Chambe. Laici autem qui aderant, sunt hi: Otto vrbis Præfectus, & filius eius Henricus. Henricus Comes de Wolfrateshausen. Ernestus de Hobenburk. Vdalricus de Steine. VViknandus de Haselbach. Rigvvinus de Manigoltigen. Vdalricus Vicedominus, & filius eius Vdalricus. Sigehardus de Eberspunde, & filius eius Sigehardus. Otto Cnuer. Utto de Penn. Kapelle. Burckhardus de sancto Paulo. Hartvvicus de Canne. Engilmarus de Geroldeshausen, Vdalricus de Arbenhauen, Adelbrech de Hursbach. Henricus frater eius. Burnhart, & Henrich, Gothfridus Chirhturf, Bruno de Prukke, Aladelger de Steloch, Eppo de Rude, Chuno de Egenhusen, Maho de Minigenhusen. Wolfram & Burkart de Ouensteten. Willehalm de Charbach. Sigboto filius, Mezenbarch de Chabbach. Otto filius Richeri de Egenhusen, & plures alij. Anno ab incarnatione Domini M. C. X X X V I I I. Indictione XI. IV. Calend. Octob.

IN Nomine Domini Amen. Pagina præsentè contra dolum & obliuionem, scripta sigilloq; roborata. Ego *Vvicus* dictus de *Abensperg* vniuersis, quod cum venerabilis Præpositus *Rymarus* & Conuentus Ecclesiæ *Rorenfis* post obitum nobilium virorum patruorum nostrorum piæ memoriæ videlicet Comitis *Menhardi* Aduocati Ecclesiæ *Rorenfis* necnon fratris sui Comitis *Gebhardi*, propter petitionem & violentiam Aduocatorum septem annis nondum transactis Aduocatum declinassent, ob iniuriam & insolentiam non solum extraneorum, sed etiam priorum hominum, mutato consilio me in Aduocatum vnanimi consensu dictæ *Rorenfis* Ecclesiæ assumere decreuerunt, famuli enim Ecclesiæ post p̄das & contumelias, incendia & occisionem fratris *Conradi*, in tantam audaciam proruperunt, q; etiam in mortem Domini Præpositi conspirauerunt, ipsiusq; seruos non solum vulnerantes, sed etiam manibus truncauerunt: proinde vt eorum peruersitatem refrenarent, & cæterorum iniurias propulsarent, me in Aduocatum assumentes, formam eligendi & statuendi me Aduocatum, sed & modum iuri meo nihilominus præfixerunt, pro remedio animæ meæ mihi officium iniungentes, non beneficium concedentes. Promitto itaq; iure iurando, vt quia ad me nihil penitus de iure ipsius Ecclesiæ, aut possessionum illius, aliquo modo respiciebat, hoc officium nunquã hæreditario vel aliquo iure ad filios meos, vel ad cognationem meam descendere, sed neq; ad me ipsum pertinere, nisi quousq; Ecclesiã *Rorensem*, & sua fideliter & vtiliter tueri voluero & iura p̄fata Ecclesiæ, quæ scripta sunt sinceriter obseruare, me meaq; posteritate, sub eodem tantum iure includenda. Quod si ad molestiam exactio num, gratia quæstus, deuiuero, sic libera facultas Præposito, deliberato consilio me amouere, & alium quem vtiliter prouiderit substituere. Annis autem singulis circa festum beati *Michaelis* placitum solemniter indicendum, vbi in cella Præpositus voluerit, cum familia Ecclesiæ habebit. Et si quid de compositionibus iniuriarum, siue homicidiorum, siue contractuum extra familiam, prouenerit, vel alibi, alio tempore, vbi, vel quando casualiter vel specialiter fecero iudicium, vel tractatum, habuero super excessu alicuius de familia *Rorenfi*, huius rei duæ partes primò cedant Ecclesiæ, mihi verò partem, tertiam, referuando. In die verò placiti, de collecta familia, claustralis modius tritici, & porcus ad æstimationem quadraginta numerum, & quinq; anseres, & decem gallinæ, & vna vna Medonis, vna vini, & duæ cereuisiæ mihi dentur, & de horreo fratrum equis bis sexaginta manipuli Auenæ ministrentur. Ante cuius anni terminum, propter habentem placitum *Ror* non veniam, nisi fortè vt hospes, non vt Iudex illuc adueniens, quærelam post placitum obortam audiã & decidam, cuius prouentus modo prædicto, inter me & Ecclesiã diuidentur.

Item

Item nec ego, nec aliquis officialium vel hominū meorum aliquas exactiones, siue sturaram seu vectonum, vel aliarum seruitutum, in homines & familiam *Rorenfis* ecclesie faciemus. Item si quis de familia *Rorenfis* Ecclesie, Præposito se opposuerit, ego illum contra Præpositum non defendam, sed compescam si adhuc Præpositus meum auxilium intocabit. Et vasalus mea, & priuilegia Ecclesie salua permaneant, & Ecclesia una cum familia sit quæta, Conuentus Ecclesie in *Ror* decem libras annuatim mihi soluet, in festo sancti *Martini* de villa *Rainperstorff*, quæ si non suppetat plenam eiusdem pecunie solutionem, Conuentus Ecclesie *Rorenfis*, defectum villæ perficiendo, prædictæ summæ numerum adimplebit. Vt autem hæc inuiolabiliter conferatur, ipsam præsentem scripto, sigilloque nostro, & subnotatione testium, quibus mediatis & præsentibus ordinata est, placuit comuniri. Testes sunt *Wernherus* nobilis de *Bräthnek*. Item *Wernherus* filius eiusdem. Item *Vlricus* nobilis de *lapide*. *Fridericus* dictus *Winiar*, *Fridericus* *Ulrainer*, *Conradus* *Hardauer*, *Otto* de *Hennbaim*, *Otto* de *Offensteten*, *Heinricus* *Winchelsasser*, *Conradus* *Lapicida*, *Heinricus*, *Rudgerus*, serui Præpositi. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXXXVII. VI. Id. Febr.

NOS *Bernhardus* & *Vlricus* de *Abensberg* profiteamur & constare cupimus præsentium inspectatoribus vniuersis. Quod post diuisione in paternorum hominum & bonorum iurium ac iurisdictionum per nos factam, ex qua *Rorenfis* ecclesie in iuribus, priuilegiis ac libertatibus suis nullum omnino volumus aut vnquam volumus præiudicium generari. Maxime contentis & specificatis in instrumento inter venerabilem Præpositum & Conuentum ipsius *Rorenfis* Ecclesie & nobilem virum falicis recordationis quondam Dominum *Vlricum* de *Abensberg*, mei *Bernhardi* genitorem charissimum, cum in Aduocatam eligeretur, ibidem edito & confecto promissimus & corporaliter præsentem in loco promittimus in his scriptis quod neuter ex nobis indigne feret, aut molestus erit Præposito, Conuentui, vel personis singularibus de Conuentu, si eo dimisso alter per iam dictos Præpositum & Conuentum in Aduocatam electus fuerit & assumptus, præsertim cum ex nobis vel aliis quibuscunque quærendi seu eligendi Aduocatam sibi suoque Monasterio liberam habeant optionem. Electus quoque in Aduocatam ut præmittitur & assumptus Aduocatie *Rorenfis* Monasterij nullum in antea officialem, Præpositum seu Iudicem specialiter deputabit, sed vice qualibet pro actu qui tunc ingruerit exercendus illum mittet, de quo per Præpositum *Rorensem* expresso nomine requisitus fuerit & rogatus. Præterea promittimus bona fide si, quod absit, inter nos ex quibuscunque causis dissensio, seu discordia suborta fuerit, nihilominus Monasterium *Rorense* cum omnibus suis bonis & hominibus à pignorationibus mutuis spollis, incommodis fabulationibus, & offensis, quocunque nomine censeantur, securum & immune perpetuo, remanebit. In præmissorum autem omnium testimonium, atque robur præsentem conferribi & sigillorum nostrorum appensione, fecimus comuniri. Testes qui præscriptis præsentia liter affuerant sunt Domini *Fridericus* Præpositus in *Paring*, *Albertus* Decanus *Veteris* *Capelle* *Ratisbone*, *Ludovicus* in *Wald*, *Heinricus* in *Eising* parochialium Ecclesiarum plebani, *Ludovicus* Notarius Domini *Bernhardi* de *Abensberg*, *Conradus* *Perchauser*, *Vlricus* *Parstorfer*, *Reichertus* de *Randeck*, *Conradus* *Salbeck*, & plures alij fide digni. Datum & actum in *Ror*. Anno incarnationis Dominice Millesimo tricentesimo, vicesimo quinto, quarto Calend. Maij.

Fundatio Monasterij B. MARIÆ Virg. in Rhor.

Notum sit vniuersis quod Dominus *Adalbertus*, Vir Liber, Nobilis, & Illustris dictus de *Ror*, qui dedit euacta, quæ de patrimonio suo habuit ad manus Reuerendissimi Patris ac Domini, Domini *Hainrici Ratisbonensis* Episcopi super altare S. *Petri* Apostoli in *Ratisbona*, astante Clero, & populo tali conditione, vt in *Ror* Canonici Regulares secundum Regulam B. *Augustini* Episcopi ordinarentur, quibus necessaria de prædictis rebus ministrarentur communiter. Et ipse *Adalbertus* pauper Christi factus, statim communem ibidem aggressus est; præfatus etiam Dominus Episcopus, *Brunonem* virum Religiosum eidem loco præfecit; & ipsum Monasterium propria persona dedicauit in honore *Mariæ* semper *Virginis*: Anno Domini M. C. XXXIII. 6. Octob. Noluic etiam Monasterium habere Aduocatam.

Confirmatio Monasterij.

Monasterium confirmarunt Sanctissimi Domini, D. *Innocentius* Papa 2. Dominus *Eugenius* Papa 3. Dominus *Innocentius* Papa 4. Dominus *Martinus* Papa huius nominis 5.

Item.

Augustissimi Domini. Diui Imperatores. Dominus *Fridericus* primus. Dominus *Fridericus* secundus, Dominus *Rudolphus* primus, Romanorum Rex.

Nomina Præpositorum.

Anno

- I. *Bruno* 1133.
- II. *Bernhardus*. 1138.
- III. *Herbodus*.
- IV. *Wolfrannus*. De his certus annus non constat.
- V. *Ludouicus*]
- VI. *Hugo*. 1209.
- VII. *Gothfridus*. 1248.
- VIII. *Hainricus* dictus de *Allenzhausen*. 1253.
- IX. *Waltherus*. 1254.
- X. *Conradus*. 1256.
- XI. *Rimarus*. 1287.
- XII. *Hiltbrandus*. 1300.
- XIII. *Hermannus*. 1314.
- XIV. *Berengerus* dictus *Perckhausen*. 1336.
- XV. *Vlyicus*. dictus *Randecker*. 1339.
- XVI. *Nicolaus* 1346.
- XVII. *Conradus*. dictus *Vaber*. 1367.
- XVIII. *Conradus*. dictus *Regldorffer*. 1405.
- XIX. *Berchtoldus*. dictus *Regldorffer*. 1414.
- XX. *Conradus*. etiam dictus *Regldorffer*; Hic rexit. 2. annis tantum; & depositus est. 1424.
- XXI. *Vlyicus*. dictus *Plumberger*. 1426.
- XXII. *Conradus* prædictus *Regldorffer* iterum restitutus. 1430.
- XXIII. *Petrus Fries*, aliàs Monasterij *Vndenstorphenensis* professor. 1438.
- XXIV. *Ioannes*. dictus *Peiningger*. 1455.

Metrop. salub. Tom. III.

y

XXV. *Wolf*

- XXV. *Wolfgangus*, dictus *Hamsbüchl*, 1493.
 XXVI. *Erhardus*, 1509.
 XXVII. *Sigismundus*, dictus *Weissenburger*, 1527.
 XXVIII. *Wolfgangus*, dictus *Zenckl*, 1539.
 XXIX. *Franciscus Greinmolt*, Præpositus in *Berrriedt*, Monasterij *Rhor* Administrator. 1555.
 XXX. *Paulus Simmerl*, 1562.
 XXXI. *Casparus Streittl*, professor in *Behrberg*, huius Monasterij Administrator. 1563.
 XXXII. *Hieronymus Wegman*, 1570.
 XXXIII. *Ioannes Fischer* professor in *Berrriedt*; is etiam per aliquot annos fuit Administrator Monasterij *Weiern*, tandem in Præpositum huius loci est ordinatus. 1571.
 XXXIV. *Ioannes Hollnstainer*, qui nunc gubernacula tenet, electus est Præpositus. 1589.

Sequenturalia quædam Diplomata, quæ admodum R.^{mo}
 Domiaus Præpositus modernus, vir optimus & humanissimus exhibuit.

Notum sit cunctis Christi fidelibus tam successuris, quam præsentibus, quod liter ego *Heinricus* DEI gratia *Ratisbonensis* Ecclesiæ Episcopus *Rorensem* Ecclesiam suscepi, & ad successores meos Episcopos iuste, legitime ac pie tenendam, tuendam atque fouendam transmisit. *Adelbertus* Vir quidam Nobilis tradidit publicè ac legitime prædium suum quod *Rora* dicitur cum omnibus appendiciis suis in manum meam super Altare sancti *Petri* astante Clero & populo nostro, ea videlicet conditione, ut Regulares Canonici secundum regulam *B. Augustini* ibi ordinarentur quibus necessaria de prædictis rebus communitè ministrarentur, & ipse supradictus *Adelbertus* pauper Christi factus statim communem vitam ibidem aggressus est. Nos verò cum assensu & consilio Cleri nostri *Brunonem* Virum religiosum & industrium eidem loco præfecimus, & modis qui tunc nobis occurrerunt locum ipsum honorauimus, & imposterum amplius honestare & magnificare decreuimus. Statuimus igitur cum fauore & adstipulatione omnium generali & intractabili sanctione, ut de cætero fratres *Rorense* Præpositum sibi cum oportet liberè & canonicè eligant, & terminum parochiæ suæ *Rora* superius & *Rora* inferius & *Alenbach* cum suis pertinentiis; sepulturam verò omnium de Episcopatu nostro qui eam sibi postulauerint liberè habeant decimamque de laboribus propriis & animalibus nulli omnino debeant. Si quis etiam ex his qui de rebus Episcopij inbeneficiati sunt prædictæ Ecclesiæ *Rorense* beneficium suum voluerit tradere liceat hoc cum manu Episcopi facere, & nullus Episcoporum valeat hoc contradicere vel mutare. Porro Aduocatam singularem prædictus locus nullum habeat; sed si qua fortè maior causa concambij vel quælibet alia emerferit coram Episcopo, vel Cathedrali Clero vel etiam principali Aduocato si res postulat, agatur, terminetur, atque roboretur. Si quis verò Episcopus, quod absit, prædictam *Rorensem* Ecclesiam perturbare aut bona eius inbeneficiare, aut jura immutare, vel cassare voluerit fratribus eiusdem Ecclesiæ sedem apostolicam appellandi & ad ipsam confugiendi, & ita à Domino & potestate *Ratisbonensis* Ecclesiæ discedendi libera facultas erit. Et ut hæc nostra constitutio & concessio indubitabilis & inuic-

& inuiolabilis perpetuis maneat temporibus hanc inde chartam conferibi & sigillo nostro muniri præcepimus.

Locus Sigilli.



Innoceⁿtius Episcopus Seruus Seruorum DEI, dilecto filio *Brunoni* Præposito & fratribus in *Rorensi* Ecclesia congregatis Canonicam vitam professis tam futuris quam præsentibus in perpetuum. Officij nostri nos hortatur Auctoritas, religiosa diligere loca & ea optatæ petitionis præconio confouere. Proinde, dilecti in Domino filij, vestris petitionibus clementer annuimus, & *Rorensis* Ecclesiam, in qua diuino vacatis officio, sub Beati *Petri* & nostra tutela suscipimus & præsentis scripti pagina communimus statuente, vt ordo Canonicus iuxta Beati *Augustini* Regulam in eodem loco perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur. Præterea quæcunque bona quascunque possessiones ex concessione venerabilis fratris nostri *Heinrici* Episcopi *Ratisbonensis* liberalitate Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis propitio DEO poteritis adipisci firma vobis & in perpetuum illibata permaneant. Decernimus ergo vni nulli hominum fas sit vestram præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus profutura. Si qua sanè in posterum Ecclesiastica sæcularisue persona huic nostræ constitutioni scienter contraire tentauerit secundo tercioque commonita si non præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & à sacratissimo corpore & sanguine DEI ac Redemptoris nostri IESU CHRISTI fiat aliena, atq; in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri IESU CHRISTI, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. *II. J. O. M. ad. p. 111.*

Eugenius Episcopus Seruus Seruorum DEI, dilecto filio *Eberhardo* Præposito *Rorensis* Ecclesie eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Religiosis desiderijs dignum est facilem præbere consensum, vt fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Ea propter dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus clementer annuimus & præfatam Ecclesiam cui DEO auctore præesse dignosceris sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus statuente vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu alijs iustis modis DEO propitio poterit adipisci firmam tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Prædia quoque, Vineas, Domos, areas, & alia quæ *Henricus Ratisbonensis* Episcopus Ecclesie vestre intuitu deuotionis iuste concessit vobis & per vos ipsi Ecclesie nihilominus confirmamus. Statuimus præterea vt Ordo Canonicus qui secundum Beati *Augustini* regulam in eodem loco noscitur constitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter conseruetur. In Parrochialibus vero Ecclesijs quas tenetis Presbyteros eligatis, & Episcopo præsentetis, quibus si idonei fuerint Episcopus animarum curam committat, vt de plebis quidem cura Episcopo rationem reddant, Vobis vero pro rebus temporalibus debitam subiectionem.

exhibeant. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur, corum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua Diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundo tertioq; commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore ac sanguine DEI & Domini nostri Redemptoris IESV CHRISTI aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri IESV CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.



Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ
Episcopus &

R

✠ Gregorius Presbyter Card. tit. Calyxti ff.

✠ Ego Iulius Presbyter Card. tit. S. Marcelli ff.

✠ Octavianus Presbyter Card. tit. S. Ceciliae. ff.

Datum Romæ apud S. Petrum per manum *Bosonis* S. Romanæ Ecclesiæ scriptoris. Id. Febr. Indiæ. prima Incarnat. Domini cę An. M. C. LII. Pontificatus verò Domini *Eugenij* Tertij Papæ Anno VIII.

InnoCentius Episcopus Seruus Seruorum DEI, dilectis filiis Præposito Ecclesiæ de *Ror* eiusq; fratribus tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurfus aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam de *Ror Ratisbonensis* Diocesis, in qua diuino estis obsequio mancipati sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio cõmunimus. In primis siquidem statuentes vt Ordo Canonicus qui secundum Deum & beati *Augustini* regulam in eadẽ Ecclesia institutus esse dignoscitur perpetuis ibidẽ temporibus inuolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones, quæq; bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste ac Canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successorib; & illibata pmaneat. In quib; hæc propriis duximus exprimenda uocabulis, locũ ipsum in quo præfata Ecclesia sita est cõ omnib; pertinentiis suis: Ecclesiam de *Perge* cum omnibus pertinentiis suis, de *Eschenhart*, de *Alnbach* & de *Salignperg* Ecclesias cum omnibus pertinentiis earundem, villam quæ superior

Alnbach

Alnbach dicitur cum pertinentiis suis; Mansos & Molendinum quæ habetis in villa quæ dicitur *Laber*, villam quæ *Winckelst* vocatur cum omnibus pertinentiis suis, Mansos quos habetis in *Asnkouen* & de *Gemelkouen* villis cum pertinentiis earundem, de *Mandlkirchen* & de *Türschdorff* villis cum pertinentiis earundem: villam quæ dicitur *Rentrestorff* cum omnibus pertinentiis suis. Domos quas habetis in Ciuitate & suburbio *Ratisbonensi*. Decimas & vineas quas habetis in territorio ciuitatis eiusdem. Mansos quos habetis in de *Langbaide*, de *Allenkouen*, de *Arbenkouen*, de *Vrsbach*, & de *Schnaitbart* villis cum pertinentiis earundem. Mansos & decimas quos habetis in villa quæ dicitur *Tellbach*, mansos quos habetis in *Ludmanstorff*, de *Gleümen*, de *München*, de *Guigam*, de *Au* & de *Guglperge* villis cum pertinentiis earundem, de *Perge* & de *Allnzhausen* villis cum pertinentiis earundem, mansos quos habetis in *Vvasstorff* & de inferiori *Alnbach* villis cum pertinentiis earundem, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsuagiis, & pascuis in bosco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sanè noualium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hætenus non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos & absolutos è sæculo fugientes ad conuersionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in Ecclesia vestra professionem fas sit sine Præpositi sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere, discedentem verò absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale terræ fuerit*, liceat vobis clausis januis excommunicatis & interdictis exclusis non pulsatis campanis, dummodo causam non dederitis interdicto, suppressa vocediuina officia celebrare. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi à Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit & communionem sacrosanctæ *Romanæ* sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper vt infra parochiæ vestræ nullus sine assensu Diocesani Episcopi & vestro capellam seu oratorium de nouo cõstruere audeat saluis priuilegijs Pontificum Romanorum. Ad hæc nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu decanis, aliisq; omnibus Ecclesiasticis secularibusue personis à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publicè vsuarij, nullus obsistat. Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumentur. Decimas præterea & possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes quæ à laicis detinentur retinendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de auctoritate nostra facultas. Obeunte te verò nunc eiusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibidem qualibet surreptionis astucia seu violentia præponatur; nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilij sanioris secundum Deum & beati *Augustini* regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam, vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel

interficere, seu violentiam exercere audeat. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesiæ vestræ concessas, nec non libertates & exemptiones sæcularium exactio- rum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolicæ auctoritate & Diocesani Episcopi canonica iustitia, & in prædictis decernis moderatione Concilij generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundò tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen.



Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ
Episcopus ff.



- ✠ Ego Petrus tit. S. Marcelli presbyter Card. ff.
- ✠ Ego Petrus Albanensis Episcopus ff.
- ✠ Ego frater Ioannes tit. S. Laurentij in Lucina presbyter Card. ff.
- ✠ Ego Wilhelmus Sabinensis Episcopus ff.
- ✠ Ego F. Hugo tit. S. Sabinae presbyter Card.
- ✠ Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum Diaconus Card. ff.
- ✠ Ego Ioannes S. Nicolai in carcere Tullia, Diaconus Card. ff.

Datum Lugduni per Manum Magistri Marini S. Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij VI. Id. Maii, Incarnat. Dominicæ, Anno M. CC. XLIX, Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ IV. Anno VI.

Martinus Episcopus Seruus Seruorum DEI, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterii in Ror Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Ratisbonensis Diocesis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum tam vigor æquitatis quam ordo exigitrationis vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras & Monasterium vestrum in Ror prædictum in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis quæ in præsentiarum

rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub beati *Petri* protectione suscipimus, atque nostra, omnesque libertates & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus siue per priuilegia vel alias indulgentiis vobis & eidem Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones sæcularium, exactionum, à Regibus, Principibus, vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & præfato vestro monasterio indultas, sicut eas iuste & pacifice possidetis vobis & per nos eidem vestro Monasterio concessas, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communionis infringere, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Rome* apud sanctos Apostolos V. idus Octob. Pontificatus nostri Anno octavo.

IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. *Fridericus* diuina fauente clementia *Romanorum* Imperator & semper Augustus. Significamus tam futuræ posteritati quam præsentati Præpositum *Rorenfis* Ecclesiæ *Eberhardum* nomine in spiritu humilitatis ad nostram præsentiam in conspectu Principum venisse. Et ut pro salute animæ nostræ nostrorumque progenitorum Ecclesiæ suam cum omnibus suis pertinentiis sub dextera nostræ defensionis ex imperiali potentia reciperemus supplicando impetrasse. Quia verò Ecclesia Dei tanto validioribus eget auxiliis, quanto maioribus necessitatibus urgetur, & defectibus, nos quoque quia speciali patrocinio nostro & omnibus Ecclesiis præesse debemus, & prodesse petitioni eiusdem Præpositi, eò quod probabilis & satis rationabilis esse videbatur, fauorem, & assensum nostrum præbimus, & Ecclesiæ eius bonaque omnia sibi pertinentia, & omnes possessiones tam in aquis quam in terris, quascunque in præfenti possidet, & in futurum largiente Deo possessura est, sub imperialis tutelæ brachio hæc omnia fouenda, protegenda, & contra omnem impetum iniuriæ, violentiæ, iniustitiæ manu tenenda liberè & integrè recipimus imperiali auctoritate & banno præcipientes, ut quæcunque idem Præpositus ad fructum Ecclesiæ suæ hætenus elaborauit, & de cætero ipse ipsiusque successores ad emolumentum Ecclesiæ contraxerint in pace sint omnia, & nemo sit qui exterreas, nullus qui usurpare audeat, nec statuta nostra infringere præsumat. Si quis autem huic nostræ institutioni contraire, vel aliquid obloqui habet ab omnibus bonis ipsius *Rorenfis* Ecclesiæ manus tam diu contineat, donec in præfentia nostra vel iudicum, in quorum potestate ipse locus situs est, vel obtineat vel jure careat. Præterea hanc institutionem nostram imaginis nostræ impressione roborando confirmamus, & posteris nostris Regibus & Imperatoribus inuiolabiliter seruanda destinamus. Decernentes ut quicumque vel Aduocatus, vel alia, quæcunque persona contra paginam nostram venire præsumpserit, centum libras auri purissimi componat, dimidiam partem Cameræ nostræ, & dimidiam partem præfate *Rorenfis* Ecclesiæ. Huius rei testes sunt *Rezherius Pramiensis* Abbas, *Nicolaus Sigebergensis* Abbas, *Albertus Aquensis* Præpositus, *Gerardus Magdeburgensis* Præpositus, *Henricus Comes de Lemburg*, Comes *Emrico*, *Marquardus de Gronbach*.

Signum Dñi *Friderici* Romanorum Imperatoris semper Augusti, & inuicissimi:



Ego *Reinaldus* Cancellarius vice Dñi *Arnoldi Mog.* Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui,

Datum in *Sinzecke* V. Kal. Maij. anno Dominicæ Incarnationis M. C. LVIII. Indictione sexta, regnante Domino *Friderico* Romanorum Imperatore inuicissimo, anno regni eius VII. Imperij vero III. Amen.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* secundus diuina fauente clementia *Romanorum* Imperator semper Augustus, *Ierusalem* & *Sicilie* Rex. Regi Regum de cuius clementia Regimen moderamur Imperij & diuersorum feliciter obtinemus sceptrâ. Regnorum debita gratitudine complacemus si locis diuino cultui deputatis nostri munimen culminis & munificentia nostræ beneficium liberaliter elargimur. Nec indignè titulos laudis acquirimus si nostrorum aliquis Principum ad id interuentu fauorabili nos inducit, Præsentis itaque scripti serie nouerit præsens ætas & futura posteritas quod dilectus Princeps noster *sy. Venerabilis Ratisbonensis* Episcopus, Imperialis Aula Cancellarius nostræ Celsitudini propensius supplicauit, quatenus *Rorense* Cœnobium olim à suis fundatoribus eidem suæ *Ratisbonensi* Ecclesiæ pia deuotione collatum, felicis memoriæ Aui nostri diui Augusti Domini *Friderici* vestigijs inheredo cum omnibus fratribus, bonis, possessionibus, & personis eidem Cœnobio pertinentibus sub nostra imperiali protectione, saluo eiusdem Episcopi & successorum suorum iure recipere, & priuilegium quod ab eodem auo nostro pro bono statu ac libertate Cœnobij conseruanda indultum extitit de nostra dignaremur gratia confirmare. Nos igitur suis iustis supplicationibus benignius inclinati prædictum *Rorense* Cœnobium cum omnibus fratribus in eo degentibus, bonis, possessionibus, ac personis ad ipsum spectantibus, sub nostra & imperij protectione, saluo eiusdem *Ratisbonensis* Ecclesiæ Episcopi & successorum suorum iure recipimus speciali. Confirmantes eidem Monasterio de munificentia nostra priuilegiū, quod à prædicto auo nostro diuæ recordationis Augusto fuit pro bono statu & libertate ipsius Monasterij conseruandis obtentum, sicut in eodem priuilegio plenius continetur. Statuimus præterea specialiter interuenientis obtentu & præsentis priuilegij auctoritate sancimus, vt quia Monasterium ipsum non hæreditarium sed electum gratuito habuit Aduocatum, primitiua libertate *Ratisbonensium* Episcoporum priuilegijs roborata lateatur, & nulli liceat sub prætextu seu titulo beneficiariæ concessionis fratribus eiusdem Cœnobij, hominibus aut colonis eorum, contra eandem libertatem, exactiones illicitas, aut grauamina indebitè imponere, vel bona iusto titulo sibi collata, vel quæ in antea rationabiliter conferentur, contra iustitiam inuadere & præter iuris ordinem destituere vel auferre. Præsentis insuper priuilegij auctoritate.

Et oritate mandamus, quatenus nemo quietem prædicti Monasterij perturbare aut infra claustra & ambitum eiusdem Cœnobij, quælibet iudiciaria seculari- uè potestas præsumat causas agere, aut iudicia secularia exercere, per quæ fratres ibidem sub Regula B. *Augustini* Domino famulantes non possent quiete ac liberè diuinū officium celebrare. Si qua vero persona sublimis aut humilis, Ec- clesiastica vel mundana contra præsentis protectionis & confirmationis nostræ paginam venire tentauerit, poenā viginti librarum auri se compositurā agnoscat. Medietatem curiæ nostræ, ac reliquam parti iniuriam patienti. Vt autem hæc protectio & confirmatio nostra perpetuam obtineat firmitatem, præsentis priuilegium fieri, & sigillō Maiestatis nostræ iussimus communiri. Huius au- tem rei testes sunt B. Patriarcha *Aquilegensis*, *Magdeburgensis*, *Rauennas* & B. *Pa- normitanus*. Archiepiscopi, E. *Babinbergensis*, *Wormatiensis*, *Brixinensis*, *Reginensis*. 7. & *Mutinensis* Episcopi, A. Dux *Saxoniae*. O. Dux *Meraniae*. B. Dux *Carinthia*. Comes *Henricus de Horcinberg*. Comes de *Nassau*. Comes *Corr. de Hobenloe*. C. *Pincerna*, *Warnerius de Bollandia*, M. Marchio *Lanza*. *Riccardus* Camerarius, & alij quam- plures.

Signum Dñi *Friderici* secundi Dei Imperatoris semper Augusti *Je-*



gratia inuictissimi *Romanorum* *Ierusalem* & *Siciliae* Regis.

Ego *Seyfridus* Imperialis Aulæ Cancellarius vice Dñi *Coloniensis* Archiepisco- pi totius *Italiae* Archicancellarij recognoui.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnat. M. CC. XXXI. Mense Ianuarij, quintæ Indictionis, Imperante Domino nostro *Friderico* Dei gratia inuictissimo *Rom.* Imperatore semper Augusto *Ierusalem* & *Siciliae* Rege. Anno Romani Im- perij eius duodecimo, Regni *Ierusalem* septimo, Regni verò *Siciliae* tricesimo quarto feliciter, Amen.

Datum in Ciuitate *Rauennae* anno, mense, & indictione præscriptis.

R *Volfus* Dei gratia *Romanorum* Rex semper Augustus, oïbus in perpetuum. Regi Regum de cuius clementia Regimen moderamur Imperij, & diuerso- rum feliciter obtinemus scepra Regnorum debita gratitudine complacem- mus, si locis diuino cultui deputatis nostri munimen culminis & munificentie nostræ beneficium liberaliter elargimur. Nec indigne titulos laudis acquirimus si nostrorum aliquis Principum ad id interuentu fauorabili nos inducit. Nouerint igitur tam præsentis ætatis homines quàm futuræ, quod nos Venerabilis *Henrici Ratibonensis* Episcopi Principis nostri dilecti deuotis supplicationibus inclinati ad imitationem illustrium quondam *Friderici* secundi *Romanorum* Imperatoris & *Friderici* Aui sui prædecessorum nostrorum *Rouense* Cœnobium cum omnibus fratribus in eo degentibus, bonis, possessionibus ac personis ad ipsum spectantibus sub nostra & Imperij protectione, saluo eiusdem *Ratibonensis* Episcopi & Successorum suorum iure recipimus speciali. Confirmā- tes eidē Monasterio de Munificentia nostra ea quæ à prædictis Imperatoribus pro bono statu & libertate ipsius Monast. cōseruandis obtenta fuerunt, sicut in- eorū priuilegijs plenius continentur, Statuimus præterea, & præsentis priuilegij

Autho-

Auctoritate sanximus, vt quia Monasterium ipsum non hereditarium sed electum gratuito habuit Aduocatum primitiua libertate *Ratisbonensium* Episcoporum priuilegijs roborata laetetur, & nulli liceat sub praetextu seu titulo beneficiarum concessionis fratribus eiusdem Coenobij, hominibus aut colonis eorum contra eandem libertatem, exactiones illicitas aut grauamina indebita imponere, vel bona iusto titulo sibi collata, vel quae in antea rationabiliter conferuntur contra iustitiam inuadere, & praeter iuris ordinem destituere, vel auferre. Praesentis insuper priuilegij auctoritate mandamus quatenus nemo quietem praedicti Monasterii perturbare aut infra claustrum & ambitum eiusdem Coenobij quaelibet iudicialia saecularisue potestas praesumat ea uisus agere aut iudicia saecularia exercere, per quae fratres ibidem sub regula beati *Augustini* Domino famulantes non possent quiete ac liberè diuinum officium celebrare, sicut praemissa eidem Coenobio in priuilegijs praedictorum Imperatorum praedecessorum nostrorum concessa plane vidimus contineri. Si quaverò persona sublimis vel humilis Ecclesiastica vel Mundana contra praesentis protectionis ac confirmationis nostrae paginam venire tentauerit, poenam viginti librarum auri se composituram agnoscat. Medietatè Curiae nostrae, ac reliquam parti iniuriam patienti. Huius rei testes sunt, Venerabiles fratres *Frisingen*, *W. Patt.* & *H. Ratisbon.* Episcopi, Illustres *L. & H.* fratres Comites *Palat. Rens* Duces *Bauariae* Principes nostri, Nobiles viri *Fre. Burgrauius de Nurenberg.* *Ioan. de Hannonia.* *E. de Catzenebogen.* *G. de Sebrvartzburg.* & . . . *de Hardegge* Comites . . . *Marchio de Habperg.* *Ul. de Tuus.* *S. de Missorve* Marscalcus *Austriae.* *Fre. Dapifer d. Lengenbach.* *Pl. ac Capella.* *C. de Pillichdorff,* alij q; quam plures.



Signum Domini *Rudolfi Romanorum* Regis inuictissimi. Datum *Ratisbonae* XV. Cal. Iulij indictione nona. Anno Domini Millefimo Ducentesimo octuagesimo primo, Regni vero nostri Anno VIII.

Wir Sigmunde von Gottes gnaden Römischer König zu allenzeiten Reiches des Reichs zu Hungern zu Behem/ Dalmatien/ Croatien/ &c. König. Bekennen vnd thun kundt offenbar mit diesem Brief alle den die ihn sehen oder hören lesen. Wiewol wir von angeborner gütigkeit allezeit geneigt seyn alle vnd jliche vnser vnd des Reichs Vnderthane vnd getreuen zefürdern vns als wir böste mögt zubewahren. Jedoch sin wir mehr willig vnd geneigt die Persone die nun der Welt Vppigkeit zu ruck geworffen haben/ vnd dem Allmechtigen Gott in einem Geistlichen vnd lautern Leben dienen/ vnd ihn seeliglichen loben/ mit vnsern sonderlichen Gnaden zubedencken gnediglichen zehandt haben/ vnd zubeschirmen vnd ihn auch frid vnd gemach zuschaffen das si Christum vnsern Herren des Fridens Liebhaber im fridlichen vnd geräten wesen dester bas geloben vnd jniglichen gehren vnd anbetten mögen/ wann wir nun von wegen des Ersamen . . . Brobst vnd Capitels des Gotteshaus zu *Korin* *Regenspurger* Bisshum gelegen/ *Regulir Canonich S. Augustins* Ordens/ vnser lieben Andechtigen vnd diennützlich gebetten sin/ das wir ihn alle vnd jegliche ihre

Grade

Gnade

Gnade/Lute/Gieter/Rechte/Freyheite/privilegia, Briffe und Handtueffen/ die zu
 Vorfahren/Droßten und Capittel zu Kor, von vnsern Vorfahren an dem Reich/Rö-
 mischen Keysern und Königen und andern Fürsten/Herren und frommen Christen/ und ihren
 gegeben sint und die herbracht haben/zuerneuen/zu Confirmiren, und bestetiget/gera-
 dlich gemacht den löblichen Gottesdienst der in demselben Gotteshaus bey Tage und Nach-
 te/mitsingen und lesen samblich geübet und vollbracht würdet/haben wir mit wol-
 bedachtenmüte/guten Ratte und rechter wissen den vorgenanten. Droßt und Cap-
 ittel zu Kor alle und jegliche ihre Gnade/Lute/Güter/Freyheite/privilegia, Briffe
 und Handtueffe/die ihr von ihre Vorfahren von Römischen Kaysern und Königen
 vnsern Vorfahren an Riche/ und von andern Fürsten/Herren und frommen Christen ge-
 geben sind/und die si redlich herbracht haben in allen ihren sachen/puncten/ articulen/
 und begriffungen wie dann die von worte zu worte lauten und begriffen sin genediglich
 den verneuen/confirmiren, und bestetiget/verneuen/confirmiren, und bestetigen sein
 die von Römischer Königlichlicher Macht in Krafft diß Briffes/ und mannen/lesen und
 wollen/das si für bas in her alle freylich und rechtlich sein/und das auch dabey bleiben
 und der den allen enden gebrauch und genießen sollen und mögen gleicher weis als ob si
 alle von worten zu worten herin begriffen und beschriben weren/vb aller weniglich un-
 geindert. Und wir gebieten auch darumb allen und jeglichen Fürsten/Erbtlichen vnd
 Wälfen/ Graffen/Freyen/Rittern/Knechten/Landvogten/Landrichtern/Rich-
 tern/Vogten/Ambtlute/Burgermeistern/Reihen und Gemeinden/ aller und jeglicher
 Stette/Veretche und Dörffern/und sunst allen andern vnsern und des Reichs Anders
 thonen und Getrewen ernstlich und vestiglich mit diesem Briffe/das si die vorgenanten
 te. Droßt und Capittel/und ihre Nachkommen und auch das vorgenanten Gotteshaus
 zu Kor an ihren Gnaden/Luten/Gütern/Rechten/Freyheiten/privilegia, Briffen
 und Handtueffung/sie bas mehrer nicht hindern oder iren sonder sie darbey getrewlich
 handhaben/schirmen und gerulich bleiben lassen/bey vnsern und des Reichs hulden vnd
 bey verletzung aller puncten in der vorgenanten vnser Vorfahren Briffen begriffen. Als
 vberhundert diß Briffes versegelt mit vnser Königlichlichen Mayestät Insignel. Eodem
 zu Peseburg nach Christes Geburt vierzehnhundert Jahre/ und darnach in dem ain-
 undzwainzigsten Jahre am nechsten Sonntag vor S. Lucien Tag/vnser Riche des
 Hungarischen in dem drey und vierzigsten/des Römischen in den zwainzigsten/und
 des Behemischen in zehenden Jahren.

Ad mandatum Domini Regis Ioannes Episcopus
 Zagabriensis Cancellarius.

In Gottes Gnaden wir Ernst und Wilhalm Gebrüder Pfalzgraffen bey Reta
 vnd Herzogen in Bayern/et. Bekennen vnd thun khunde öffentlich mit dem
 Briff/das vnser Andechtig vnd Getrewer Ulrich Droßt und die Capittel
 Herren vnser lieben Frauen Gotteshaus zu Kor für vns khommen sind mit den gnaden
 vnd Freyheiten/Briffen/die sie von Päbsten/Römischen Kaysern/Königen
 andern Fürsten und Herren bishero seeltger Gedächtnis erlangt haben/vnd ons dars
 auff diemütiglich gebetten inen vnd irem Gotteshaus solche Briff auch zubesteten.
 Wann wir jr Riche Landfürsten seyen und sie habe vns darfür erkhand vnd huldisung
 getan als dann ander vnser Prelat in nidern Bayern geihon haben. Nun haben wir
 diß benannten Gotteshaus gnad und Freyheit eigentlich verhöret/die vns alle löblich und
 redlich beduncken/und septimalen wir von schilichung des Allwechtigen Gottes zu Für-
 sten gebore/vñ zu dem Land in nidern Bayern nach vnser Vatters Herzog Johansen vñ
 Hollande

Hollandre seeligen Tode miterben worden seyn/ vnd einen jeglichen Fürsten vnd nachfolgenden Erben/ von der gerechtigkeit wegen zugehörte alle Gottshäuser vnd geistliche Personen/ vnd zuoran die die in seinen landen sitzen vor vnrecht zubeschützen vnd zubeschirmen/ auch bey ihren Rechten vnd Freyhaiten/ die ihn dan von Pabsten/ Römische Kaisern vnd Königen/ Fürsten/ Geislichen vnd weltlichen vnd ihrer Stifften geben worden seind zubehalten/ darumb mit wolbedachtem muß vnnnd gutem zeitigen Räte vnser Rätthe vnd zuorderst vnserm lieben Herrn Jesu Christo/ seiner Mutter Marien zu lob vnd ehren/ auch vnserm vordern/ vnser vnd vnser Erben seelen zu troste/ so bestetten/ festen/ vnd erneuen wir dem Brobst vnd Capittel vnser Frawen Gottshaus zu Kober all ihr Freyhait/ Gnad/ priuilegia vnnnd all gut gewohnhait die ihn gegeben darauff gestiffe/ vnnnd damit herkommen seind/ mit allen puncten vnnnd Articlen/ als die vonn wort zu wort inhaiten/ sonderlich den Artikel von ams Vogts wegen/ das sie den erweslen vnd absetzen mögen nach laut ihr Brieff vnnnd Recht die sie darumb haben. Hiernumb wir allen vnsern Ambtleuten/ Bisdumen/ Hauptmännern/ Pflegern/ Richtern/ Landtschreibern/ Xenemaisern/ Zollnern/ Mautnern/ vnd sonst allen anderen vnseren Ambtleuten/ Landtsassen vnd Vnderthonen/ die wir jeso haben oder in künfftigen ziten gewillnet vnsigentlich gebieten/ das ihr den Brobst vnnnd das Capittel vnnnd alle ihre Nachkommen des Gottshaus zu Kober/ auch ihr leuth vnd gut bey ihre Gnaden/ Ehren/ Rechten vnd Freyhaiten bleiben lasi/ dar wider nie ihut noch jemande gestatt zuehun als lieb euch Gott vnd die gerechtigkeit auch vnser huld vnnnd Gnade vnd schwere straff zuuermeiden seye. Des alles zu wahren vnd ewigen vrlunde/ so haben wir vnser Insigel an den Brieff haiffen hengen/ vnnnd geben zu Seraubing am Sontag so man in der Heiligen Kirchen singet *Misericordia Domini*, in dem jahre als man zalt nach Christi vnser lieben Herrn Geburt/ vierzehen hundere vnnnd darnach in dem ams vnd drayssigsten jahre.

Sigillum *Ernesti Ducis Bauariae.*

Sigillum *Wilhelmi Ducis Bauariae.*

V*Rbanus* Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Nobili viro *Alberto* Duci *Bauariae* salutem & apostolicam benedictionem. Quia prout ad nostrum peruenit auditum, dilectus filius *Nicolaus* Praepositus Monasterij *Rorenfis* Ordinis sancti *Augustini Ratisbonensis* Dioc. per Praepositum soliti gubernari quam plures habet aduersarios, qui eius personam persequentes bona dicti Monasterij occupare & destruere moliuntur, nobilitatem tuam rogamus attentè, quatenus ad honorem Dei ac reuerentiam sedis apostolicae & nostrae praefatum Praepositum & bona eiusdem Monasterij in Ducatu tuo, vt dicitur constituta, habere velis attentius commendata, ipsi Praeposito tuis auxiliis & fauoribus assistendo, vt per hoc praeter aeternae retributionis meritum laudes apud homines disteque sedis beniuolentiam per amplius merearis. Datum apud *Pontemforgiae, Auinien. Dioc.* octauo idus Iulij, Pontificatus nostri anno tertio.

Bartholomaeus.

ROT

Monasterium ad Oenum fluiuium supra Wasserburgium Ordinis S. Benedicti. De fundatione huius Monasterij nihil certius potest tradi, quam ipsi *Heinrici*